

SS 1770

RECTOR

ACADEMIAE LUDOVICIANAE

D. GEORG. LUDOVICVS  
ALEFELD

MEDIC. P. P. O.

LECTIONES AESTIVAS

D. XXX. APRILIS INCHOANDAS

AC SEMESTRI SPATIO ABSOLVENDAS  
INDICIT

ET AD EARVNDEM DILIGENTEM AVSCULTATIONEM.

CIVIES ACADEMIAE  
TAM GENERE QVAM VIRTUTE NOBILISSIMOS  
PERAMANTER INVITAT

P. P. XV. APRIE. ANN. CIC 10CC LXX.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

GESSAE

APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN, Acad. TYPOGR.

*In Facultate Theologica.*

## D. IO. HERM. BENNER

*Dogmaticam & moralem theologiae penitus absoluimus.*  
Praxim exegitum & hermeneuticam tradidit. *Triplex*  
illud stadium denuo ingredierur, in quo prostant ipsius  
compendia. Alios quoque labores rogantibus dicabit.

## D. IO. GEORG. BECHTOLD

*Doctrinam de causa peccati & indurationis publice propo-*  
net, suam de hoc argumento commentationem, cuius  
P. III. proxima occasione prelo subiicietur, praelecturus.  
Priuatim theogiam dogmaticam, hermeneuticam S. & artem  
homileticam tradet. *Dicta* itidem S. C. probantia, quae vul-  
go classica vocantur, bonae exegeseos ope ex ipsis fontibus  
eruenda, auditoribus suis familiaria reddet. Denique collec-  
tum, ut vocant, homiletico-practicum aperiet. Offert quo-  
que suas in historiam ecclesiasticam V. T. praelectiones.

*In*

*In Facultate Iuridica.*

D. FRANCISCVS IVSTVS  
KORTHOLT,

*Academiae Procancellarius.*

*Ius publicum* duce SCHMAVSSIO, & *ius feudale* praeente  
MASCOVIO de integrō interpretabitur. Praelectiones  
quoque in PÜTTERI epionem processus imperii instaura-  
bit.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH

*Institutiones & Pandectas*, elapso semestri absolutos, de inte-  
gro resumet. *Iuris canonicoe* substituet *ius acriminale*.  
*Disputatorium* continuabit, ad alia quoque paratus.

D. CHRISTIANVS HARTM.  
SAMVEL GATZERT.

Absolutis per hiemem iuris Germanici praelectionibus,  
*ius feudale* per aëstarem ad Mascovium docēbit hor.  
IX - X. Hor. VIII - IX. *Theoriām juridicāe Praxeos iudi-  
cialiae & extra judicialiae more consuetorū & ex desiderio  
Dominorum Commilitonum tradet, quam ut ad usum  
etiam deducant. Hor. III - IV. *Practicum* quoque elaborato-  
rium*

rium cum relatorio habebit. Caeterum ad denuo tractan-  
dam vel imperii vel iurium in Germania obtinentium His-  
toriam paratus.

## D. LVD. GODOFR. MOGEN.

B. HEINECII. *Elementa Iuris Civilis secundum ordinem  
Institutionum Justinianearum, & Illustris SELCHOVII  
historiam Iurium, quibus in Germania utimur, domestico-  
rum & peregrinorum, illustrabit.* Offert quoque explica-  
tionem paroemiarum Iuris Germanici, ad ductum Illustris  
EISENHARTI.

*In Facultate Medica.*

## D. IO. WILH. BAVMER,

*Medic. Prof. primar. & Ordinis sui p. t. Decanus.*

Hora VIII. Doctrinam chirurgicam de ossium morbis  
publice exponet. Hor. X. Praecepta pathologico-  
therapeutica de morbis chronicis priuatim tradet, simul-  
que Medicinae Candidatis, in praxi clinica sepe exercendi,  
occasionem aperiet. Hor. XI. Cel. Io. Andr. Crameri  
fundamenta docimasiae priuatissime illustrabit, & a meri-  
die experimenta, theoriam illustrating in laboratorio suo  
diligenter instituet.

D.



# D. GEORG. LVD. ALEEFELD

P. P. O.

*Publicē St. YVESII tractatum de morbis oculorum, priu-  
tūm FASELII institutiones medicinae forensis, & priua-  
tissime FRIEDII elementa artis obstetriciae explicabit.*

# D. FRIDERIC. AVGVSTVS CARTHEVSER,

*Med. Prof. ord.*

*R*em herbariam, duce Linnaeo, tradet, ac in primis  
plantas officinales demonstrabit. Nonnullorum quo-  
que desideriis satisfactus Elementa Materiae medicae ex-  
ponet.

*In Facultate Philosophica.*

# ERNESTVS THOM,

*prof. philos. practicae.*

*Quae ad actiūam philosophiam referri possunt, ius natu-  
rae & gentium, doctrinā morum, prudentiam ciui-  
lem & disciplinas oeconomicas, tractare instituet.*

AND.

# ANDREAS BOEHM,

*Log: Metaph. & Mathem. Prof. Bibl. acad. Praef.*

*Logicum h. VII. matutina, ontologiam atque psychologiam  
h. VIII., mathesin ium puram tum applicatam tempore  
auditoribus commodo docebit.*

# D. LVD. GODOFR. MOGEN.

*Historiarum P. P. O.*

*Illustris ACHEMWALLEI Historiam Statuum Europae, &  
Illustris PÜTTETI Historiam Imperii Romano - Germanici,  
sicut quovis semestri, ita & per hoc instans aestiuum,  
interpretabitur. Ad quaevis alia, speciatim ad docendam;  
iusto Auditorum numero, Cattorum & Hassorum historiam,  
paratissimus.*

# D. IO. GEORG. BECHTOLD

*N*e, quae ad utriusque eloquentiae Professionem prae-  
lectiones pertinent, quamdiu erit vacua, in academia  
nostra desiderentur, HORATII TURSELLINI praeclarum  
de *particulis Latinae linguae libellum* publice interpretabitur.  
Priuatum HEINECCI fundamenta stili elegantioris praelegebit.  
Vires suas in Poësi pericitaturis materiali carminum sup-  
peditabit; ad alia quoque, si ab ipso postulabuntur, para-  
tus.

D.



# D. FRIDERIC. AVGVSTVS CARTHEVSER,

*Physic. Prof. ord.*

**L**ectionibus publicis Aerologiam seu doctrinam de aere & meteoris explanabit. Priuatum experimenta, varia Physices partes illustrantia, instituet,

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de luculenta equitandi, pugnandi gladio; saltandique palaestra; Gallicae item & Italique linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

